

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską

Rękopis Biblioteki Opactwa Św. Floriania Austria (Stiftsbibliothek St. Florian), sygn. 551/XI, k. 54v–55

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 104 [Gn. 101]

[104] [N]unc^a attendatis de advocato si non iuste iudicaverit cum sibi querulatur et hoc propter amorem aut munera aut obliquam causam dimittit, vel si solus noxam fecerit iniustam, quod de iure facere non debet vel non debuit postquam ad iudicem electus sit, ius confortare et iniurias fugare seu suffocare, si querela super ipsum in suo iudicio facta fuerit, tunc scultetus iudex esse debet super advocatum, et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum oportet respondere ut in posteris patebit, petat advocatum surgere per sententiam quod super ipsum habeat querulari et per sententiam petat ut alium [k. 55] iudicem ponat loco sui, quod ipsum facere oportet, et tunc locet scultetum, qui sibi iudicare debet simili modo, ut advocatus super scultetum debuit iudicare, eodem scultetus iudicet advocatum. Idcirco advocatus iudicium banitum habere non potest absque sculteto, quia coram eo iure se debet exhibere, si super ipsum aliquis voluerit querulari. Si hoc contra iusticiam anno et die recusaverit, tunc domino terre iudicium vacat, quod habuit et regi bannum si persecutus fuerit cum veris sentenciis.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał N wysokości dwu wersów

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]